Consensus super aqua ductum

Quia nos annuen[te]s supplicationib[us] etc. ipsis Aquam ex fluvio
N. sumere et ad piscinam eorum praedij quod in N. possident Ri-
vo subterraneo ducere ligneo canali permittendum duximus et Ri-
vum seu literarum permittimus Eo vero modulo et terebro quo ca-
nalia seu aquaeductum bonam Civitatis nostrae Civit. aqua ipsa ex eodem
fluvio N. erogatur et ducitur Ad voluntatis nostrae beneplacitum
Quod quidem tibi Generoso N. et cuicunque alteri Magno Procuratori te-
nore praesentium declaramus et Mandamus ut cum praefatum N.
fuerit requisitus ad praedictam eius Rivum in praedictas piscinas illius
descendat designaturus eundem locum qui tibi et illi commodior
et oppurtunior esse videbitur per quem ex ipso fluvio N. aquam
ad praedictas piscinas suas vigore praesentis indulti nostri deducere
debeant et secure absque cuiusvis impedimento possint In cuius
aquae vero nostrae permisso praedictis N. permissa et concessa illum tuea-
ris et defendas quantum ad tuum pertinet officium pro gratia nostra
Datum etc.

Consensus super liberam conde-scensionem de Advocatia.

Quod nos ad intercessionem certorum Consiliariorum nostro-
rum pro Nobili N. Advocatis oppidi nostri N. in districtu N.
siti Terrestris ad nos diligenter factam ipsi consentiendum
et permittendum duximus uti quidem consentimus et permit-
timus hisce literis nostris Quod possit Advocatiam ipsam
nostram oppidi N. iusque suum Advocatiale supradictam Advo-
catiam per nos illi concessam Nobili N. nepoti N. apud
libros Actorum quorumvis Terrestrium vel Castrensium resignare
ac de possessione dictae Advocatiae eidem condescendere per
Nominatum N. nepotem illius Advocatiam ipsam oppidi
N. postquam illi resignata fuerit iuxta Privilegia eiusdem
Advocatiae originalia tenere habere possidere utifruerique pa-
cifice et quiete. Volentes praeterea gratiam nostram in Nominatum N.
maius extare testimonium ipsum in possessione dictae Advo-
catiae nostrae permissu sibi resignatae ad vitae illius extrema
tempora conservandum et relinquendum duximus uti quidem conser-
vamus et relinquimus literis hisce nostris Commitentes
nostris Regijs provisoribus etc.

Cautio ne iuri advitalitio donatio aliqua obsit.

Sciant etc. quod cum ex gratia et liberalitate nostra Regia

394